



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Petri Cognomento Chrysologi; Rauennatis Archiepiscopi: Ex ea quæ  
est per Hieronymum Rubeum l. 2. Historiarum Rauennatum. Obijt anno  
Christi 449. vel sequenti, sub Leone Papa, & Valentiniano ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

postea ut prius in vita coruscans miraculis.

VITA S. PETRI COGNOMENTO *Vide Tom.*

*Chrysologus; Rauennatis Archiepiscopi: Ex ea qua<sup>6</sup> Annal. Co.  
est per Hieronymum Rubeum l. 2. Historiarum Baron &  
Rauennatum. Obiit anno Christi 449. vel se- Not. Mar-  
quemi, sub Leone Papa, & Valentiniiano Imp. tyr. Rom.*

PETRVS Rauennatum antistes, cum alijs <sup>2. Decem.</sup> *Petrus qua-  
virtutibus clarus, tum ea potissimum ra-  
rè dictus sit  
tione Chrysologus dictus est, quod mira-  
sermonis suavitate pollens, aureum ex se ora-  
tionis flumen funderet. Hic ex Foro Cornelij,  
vbi natus fuisse perhibetur, in Archiepiscopū  
Rauennatē, non humano fauore vel industria,  
sed diuina prorsus virtute electus fuit. Cūm  
enim defuncto Ioanne Rauennatū Archiepiscopo,  
ciues, ut moris erat, antistitem ab eis ele-  
ctum Romam ad Xistum terrium, Pontificem,  
vna cum Cornelio, Fori Cornelij episcopo,  
confirmandum misissent, ferūt Xysto per quietem  
Principem apostolorum & Apollinarem  
apparuisse, mandasseque, ut quem medium si-  
bi adolescentem habebant, Rauennatē Archiepiscopum, altero illo à Rauennatibus ad-  
ducto reiecto, crearet. Quapropter cum po-  
stridie Rauennates adessent, Xystus primò re-  
iecit quem elegerant: deinde omnes præstò es-  
se iubens, ut quem Petrus & Apollinaris desi-  
gnauerant, Archiepiscopum faceret, cum no-  
minem ex Rauennatibus illius similem fuisse  
conspicatus, Cornelio episcopo mandat, ut  
suos in medium proferat. Eminebat inter cœ-  
teros, vita innocētia ac doctrina Petrus, Cor-  
nelij Diaconus. Hunc cum illius similiē xystus*

SF COGN.

*Divinitus fit* cognouisset, quem in somno viderat, Archiepiscopum Rauennatibus prefecit. Id vero illius ægrè ferentibus, rem omnem aperit; vnde tanata reuerentia Petro apud omnes conflata est: ut summa cum gratulatione, quanquam iustus & non sine ingenti molestia, primum ad Valentianino & Galla Placidia, deinde ad omnibus, exciperetur.

Itaque ad id honoris fastigium euectus, cui Eutyches Byzantius Abbas factiosorum ope falsam disseminaret doctrinam, qua diuinam Christi naturam cum humana in idem recidisse assuerabat; & Leo Pontifex, qui Xysto fuc- cesserat, conuocato trecentorum & sexaginta episcoporum Chalcedonem Cœcilio, eam p- stem restinguere niteretur, Petrum Chrysologum iussit ad Concilium aduersus Eutychem scripto decertare. Quod ille adeò luculentem grauiterque & piè præstitit, vt ad hanc vique etatem ea scripta viri omnes docti mirentur, & primo loco habeant.

Accessit hoc tempore Rauenna ad Valentianū Germanus\* Altisiodorensis antistes, ex- emia vir sanctitate; qui nō multo post præsumptam iam antè ab se mortem atque prænuntiata, Rauennæ cum vita commutauit: cuius cadaver à Petro Chrysologo conditum in Galliam trā- missum fuit: & Petrus sancti viri cucullam & cilicium, nequid pius hæres ex intestati bonis non possideret, sibi vendicauit. Cum vero hoc tempore, Rauennates ad deorum commen- titiorum simulachrum, quos antiquitas, antè partum Virginis errore delusa coluerat, per- sonati Kalend. Ianuarijs, tota vrbe per ludum

\* *Antistodo- rensis.*

*S. Germanus*  
*Altisiodo- rensis episco-  
pus Rauennæ*  
*iuu. vita ex-  
sat 31. Iulij.*

discurrere consuēssent, ipse multis concioni-  
bus habitis, eām perniciōsam consuetudinem  
tollere conatus est.

*Cultum fal-  
forū deo-  
rum tollit.*

Tandem cum imminere sibi extreūm vitæ  
diem diuinitus intelligeret, decimūmque iam  
annū Rauennati Ecclesiæ præfuisset, contin-  
lit se ad forum Cornelij vbi diui Cassiani mar-  
tyris templum ingressus, muneribus tributis,  
Deum precatus atque ipsum Caisianum mar-  
tyrem, vt benigne eius animam exciperet: hor-  
tatusque Rauennates, qui illum fuerant infe-  
cuti, vt in diligendo optimo pastore inuigila-  
rent, nec discederent à diuinis mandatis; pla-  
cidè ac tranquillè ex hac vita migrauit, quar-  
to nonas Decembri. Sepultus est ibidem iux-  
tā aram D. Cassiani, vbi & nunc quiescit. Eius  
tamen brachium auro ac gemmis ornatum, in  
Ursiana æde veneramur. Inter alia quæ reli-  
quie doctrinæ monumenta, eius ad populum,  
conclaves, diuino spiritu & eximia pietate  
religioneque illustres ab omnibus bonis &  
doctis iudicantur. Communi omnium consen-  
su in Diuos relatus est; eiisque anniuersarij ho-  
nores ob id decreti.

*Obit saeculi-*  
*ter.*

*Canoniza-*  
*tur.*

*Vide C. Ba-*  
*ron Not. in*  
*Martyr.*  
*Rom. &*  
*Tom. 8. An-*  
*nal.*

3. Decem-

VITA S. BIRINI DORCESTRIEN-  
sis Episcopi: Ex ea quæ est per Gulielmū Rame-  
sii, Ordinis S. Benedicti. Claruit anno Domini  
Sexcentesimo Trigesimo quinto & sequētibus.

S Birinus à Papa Honorio ad prædican-  
dum verba salutis Anglorum gēti dire-  
ctus, eiuldemque Pontificis iussu per A-  
sterium Genuensem episcopum antistes con-  
secrata.